

V S V S.

DEUS interdum mirabiliter nostram fidem probat, sanctosq; suos mirabiliter ducit. ψ4.68.

2. *Accepit panes.* Occasio acquirendi victum, quamvis tenuis, tamen modo sit pia & honesta, non negligenda.

*Gratias agens.* Et nos cum gratiarum actione manducemus.

*Fregit, dedit discipulis.* DEUS nobis benedicit, ut benedictionem illam etiam cum alijs communicemus. Non enim nobis solum nati sumus, ut Cicero quamvis Ethnicus loquitur. I. libro Offici;

*Jussit discipulos apponere.* DEUS interdum etiam suos cibant lautissimè, nec invidet nobis carnis curam modo non ad concupiscentiam illa adhibeatur. Rom:13.

*Saturati sunt.* DEUS juxta omnipotentiam suam adhuc nos saturare & vult & potest, licet parum victus sit in promptu.

*Consequentia. Sustulerunt fragmenta.* Exemplo Apostolorum ea quæ supersunt colligamus: Et non malè perdamus.



DOMI-